

per cap. 2. & 3. & utrobique gloss. de libelli oblat. cap. 5. de censibus. l. 13. quando dies legat.

Cujus rei effectum glossa jam allegata manifestat ibidem

N VIII.

Itidem quæ requirantur partes tractavi c. 4.

N. IX.

Ad requisita etiam pertinere videtur expressio loci & temporis, quo scil. loco hoc vel illud sit actum & quando. Sed quæritur in quâ accusatione Civili an criminali, an in utraque loci & temporis expressio sit necessaria? Resp. In criminali nulla est dubitatio, in tantum, ut si illa non contineat locum & tempus delicti, ipso jure nulla sit, etiam parte non opponente.

Gail. 1. O. 64. num. 7. usq. ad num. ult. Myns. 2. O. 32. & 40. Carpz. Pract. Crim. P. 3. q. 106. num. 31. usq. ad num. 35. inclus. Wurmbf. tit. 9. O. 2. Rosbach. d. l. num. 6.

In civili vero id regulariter non requiritur.

Gail. d. O. 64. n. 1. Rosbach. d. l. num. 7.

quandoque tamen in civilibus etiam locus & tempus exprimi debet.

Gail. d. O. 64. num. ult.

puta in actione injuriarum

Gail. d. l. num. 1. & passim.

Est enim illa ardua & criminali æquiparatur

Rosbach. d. l. num. 7. Wurmbf. d. l. n. 1.

Sed de expressione horæ & dici quid sentiendum? Eam exprimi non debere dicit

Carpz. d. l. num. 34.

ubi tamen n. 35. id limitat, nisi scil. Reus id petat, ad sui defensionem probaturus se illo die alibi fuisse.